



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Sigefredus Ep. 15. FEb.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

15. Feb. VITÆ SANCTORUM. 117
quanto putamus adversus nos zelo morventur,
dum in conspectu illius nos irreverenter
sedere conspiciunt, cui ipsi tremantes as-
sistunt? S. Pet. Dam. l. 3. Ep. 8.

S. SIGEFRIIDUS EP. 15. Feb.

Liceat exclamare, ô mores! ô tempo-
ra! Quos nunc pellit Anglia fidei
Doctores, hos olim velut Colonias me-
lioies in orbem omnem mittebat, ea
demum fœdera cum regibus sancta esse
censens, quæ fides, quæ, quos dixi-
mus, feciales pepigissent. Ita Olaus Sue-
corum & Gothorum Rex præconem ver-
bi divini SIGEFRIIDUM impetravit ab
Angliâ, quem hodie rectius ipsa accerse-
ret. Socios ille traxit Unamannum, Su-
namannum & Vivamannum nepotes
suos. Poterat Insula deinceps Fortunata
dici, postquam hi heroes ad illam appul-
si sunt. Certè beatum se putavit, qui In-
sulæ præfectus erat, cùm inter sacra à
SIGEFRIIDO tolli in altum non jam
panis umbram, sed augustâ specie pue-
rum vidit; moxque pueri hujus mani-
bus manus dedit. Non incruenta tamen
victoria SIGEFRIIDO fuit. Cæsi tres nepo-
tes moerore temperarunt triumphum.
Cæterum dum ponè stagnum obambu-
lat, tergeminum lumen videt; hoc indice
urnam; in urnâ capita tergemina. Hic
vero vindictam clamanti SIGEFRIIDO,

H 3

vin-

118 VITÆ SANCTORUM. 15. Feb.
vindicabit, è capitibus unum respondit.
Mox altero *quandonam*? roganti, tertium caput, *in filios filiorum*, subjicit.
His aliisque prodigiis illustris SIGEFREDUS tumulum accepit in templo, quod Vexione Angelorum jussu exadificarat.
Nunc inter Anglos Angelosque quàm raram commercium? quàm magnum, o Magne Gregori, discrimen? *Ex Vit. Aquilon. Joan. Vastiv.*

Gemina dulcedo suavitatis exuberat in pectore Domini JESU, longanimitas videlicet in expectando, & in donando facilitas: ad hoc autem diu suspendit sententiam ultionis à contemne, ut quandoque gratiam remissionis præstet in pœnitente.
S. Bern. ser. 9. sup. Cant.

S. SEVERUS. C. 15. Feb.

Est quod in Sacerdote SEVERO speculentur ii, non animarum, sed rem suam qui curant Sacram ædem, & in hac, ne Marianum fuisse dubites VIRGINIS aram curabat SEVERUS, vitæ integritate, & miraculis multum illustris. Fortè putandis vitibus insistebat, cum supervenit, qui ægrum, nescio quem, opem afflagitare ultimam nuntiat, cæterum sacris munitum non adhorre ab ultimâ luctâ Respondet SEVERUS, & affuturum se illico spondet. Ut tamen operi finem imponat (perpauillum supe-